

Band IV., Nr. 1004, Seite 54

Kaiser Friedrich (II.) beurkundet, von dem Grafen Hartmann von Grüningen die Grafschaft im Albgau nebst der Burg Meglofs, mit Leuten, Besitzungen und allem Zubehör, um 3200 Mark Silber Cölnisch erkauft zu haben, unter näheren Bestimmungen über die nach Erlegung eines Angeldes von 700 Mark noch zu leistenden Zahlungen, wofür nöthigenfalls die Stadt Esslingen als Pfand eingesetzt wird.

Capua, 1243. April.

Fridericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Ne conventio emptionis de comitatu in Albegowe, per nos cum comite Hartmanno de Grüningen facte, in dubium venire valeat vel aliquomodo retractari, per presens scriptum profitemur, nos predictum comitatum in Albegowe cum castro Megelolues¹, hominibus, possessionibus et omnibus pertinentiis suis, a predicto H. comite pro tribus mil[li]ibus et ducentis marcis argenti ad pondus Colonie comparasse, de quibus ad presens solvimus ei septingentas marcas argenti de camera nostra ad pondus predictum, et in festo sancti Michaelis proximo venturo secunde indictionis solvet ei pro parte nostra Wippoto de Wizenburch fidelis noster quingentas marcas de precaria, que aput Ezelingen et Gamundiam ad opus curie nostre primitus imponetur. In proximo quoque festo resurrectionis dominice predictae indictionis mille marcas ei solvi faciemus, que si in eodem termino sibi solute non fuerint, extunc obligamus ei per manus dicti W. oppidum nostrum Ezzelingen cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, sicut nos ipsum tenemus, titulo pignoris tenendum usque ad integram solutionem mille marcarum. In proximo vero festo sancti Iacobi apostoli homines comitatus eiusdem solvent eidem comiti vel eius certo nuntio pro parte nostra residuas mille marcas in subsidium emptionis. Quod si dictum comitem premori contigerit vel presens forte in Theutonia non fuerit, predicta pecunia loco sui comitibus de Wirtenberch, nepotibus suis, fidelibus nostris, in constitutis terminis persolvetur, prestanda nobis per ipsos comites de solutione pecunie plenaria cautione. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

 Datum Capue, anno dominice incarnationis millesimo ducesimo quadagesimo tertio, mense Aprilis, prime indictionis.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel ist verloren.

¹Eglofs.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 79

Überlieferung und Textkritik:

Original. Beglaubigte Kopie: HStA Stuttgart A 78 Bü 5.

Editionen:

HEINRICH CHRISTIAN VON SENCKENBERG: Iohannis Zangeri aliorumque summorum iuris consultorum de exceptionibus et replicationibus opuscula selecta: Quis Zangeri de exceptionibus tractatus ita supplementur, ut partis secundae locum obtinere possint, Frankfurt a, Bd. 2, S. 268. Sattler: Geschichte Württemberg, Beilage D. Huillard-Bréholles: Historia diplomat, Bd. 6,1, S. 86.

Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 5: Die Regesten unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII), Conrad IV., Heinrich Raspe, Wilhelm und Richard, 1198-1272, nach der Neubearb. Und dem Nachlasse Johann Friedrich Böhmers neu hrsg. Und e, 1, 1, Nr. 3358. UB Esslingen, Bd. 1, S. 13, Nr. 53.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Capua

Aussteller:

Friedrich II.; König/Kaiser

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Albgau
 Capua, Kampanien, Italien
 Deutschland
 Eglofs Wohnplatz (20746)
 Eglofs, Argenbühl, RV

III

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES

Grünigen Wohnplatz (17484)
 Grünigen, Riedlingen, BC

Jerusalem, Israel
 Köln, K
 Rom, Latium, Italien
 Schwä-
bisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA

Sizilien, Italien
 Weißenburg in Bayern, WUG
 Weißenburg,
Dep. Bas-Rhin, Frankreich